



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 46. Martyrium S. Eusebii Samosateni.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

S. Meletius circa idem tempus aliquos Sæculum IV.  
 Episcopos in urbibus, ubi Ariani fuerant, A. C. 379.  
 restituit. Jam Tarsensibus Diodorum de-  
 derat. Etiam Joannem Apameam, &  
 Stephanum Germaniciam reduxit; uter-  
 que tempore persecutionis Catholicis  
 præfuerat. Joannes nobili genere, sed  
 multo magis eloquentia, & vitæ sanctita-  
 te illustris fuit. Stephanus in Disciplinis  
 Ecclesiasticis educatus erat, & Græco-  
 rum litteris apprime imbutus. Is malis,  
 quorum Eudoxius Germaniciæ causa fue-  
 rat, medelam attulit, & Arianos ad uni-  
 tatem Ecclesiæ reduxit. Tunc quoque  
 S. Cyrillus ad Sedem suam Jerosolymita-  
 nam rediit, pulso Hilarione. Et Gela-  
 sius S. Cyrilli nepos in Cathedram Cæsa-  
 riensem in Palæstina restitutus est loco  
 Euzoi Ariani, quem Theodosius expulit.

*Hier. script.  
 Sup. XVI.  
 Epiph.  
 hæc. 73.*

§. XLVI.

*Martyrium S. Eusebii Samosatani.*

Sanctus Eusebius Samosatenus, ab exilio Theod. V. c.  
 reversus, in diversis locis Episcopos 4. Idem Phi-  
 posuit, sive ei ætas sua, sive virtus, & lost. c. 2. p.  
 quæ pro fide tulerat, hanc auctoritatem 777.  
 tribuerint, sive ei præcipue omnes ordi-  
 nationes adscribantur, quæ, ipso Aucto-  
 re, ab illis, quibus competeat, factæ  
 sunt. Bereæ Acacium constituit, virum  
 jam tum celebrem. Is in vitæ Monasti-



Sæculum IV. cæ professione sub Asterio S. Juliani Sabæ  
 A. C. 379. Discipulo excelluerat, & nihil ab illius

Disciplinæ rigore remisit in Episcopatu,  
 quem quinquaginta octo annos tenuit.

Soz. VII. Domus ejus omnibus semper patebat,  
 s. 27. omni hora petentibus sui copiam faciebat, etiam cum reficeretur, imo & cum quiesceret, nec grave ipsi erat somnum suum interpolari, non enim vel in factis suis secretissimis aliorum testes oculos figiebat. S. Eusebius Hierapolitanis quoque Episcopum dedit Theodotum, disciplina ascetica eximium. Calcedensibus Eusebium, Cyrensisibus Isidorum, ambo meritis, & Religionis zelo insignes. Edessenis S. Eulogium, qui in Ægyptum proscribitus fuerat, nam S. Barses jam e vivis cesserat. Eulogius Episcopum creavit Protogenem exilii sui, & laborum participem, eumque Carrensisibus dedit, ut ibi veram Religionem reduceret. Ulteriore loco S. Eusebius Samosatenus Episcopum constituit Dolicæ, exigua Syriæ urbe, Arianorum lue laboranti. Illic ergo Episcopum esse voluit Marim, virum meritis, & virtutibus ornatissimum. Sed ecce! dum ipse Eusebius urbem ingreditur, mulier Ariana e tecto domus suæ laterem in subeuntis caput coniecit, quo ex vulnere haud multo post extinctus est. Prius autem quam moreretur, a præsentibus postulavit, ut sibi juramento promitteret

Sup. XVI. que Episcopum dedit Theodotum, disciplina ascetica eximium. Calcedensibus  
 s. 33. Eusebium, Cyrensisibus Isidorum, ambo meritis, & Religionis zelo insignes. Edessenis S. Eulogium, qui in Ægyptum proscribitus fuerat, nam S. Barses jam e vivis cesserat. Eulogius Episcopum creavit Protogenem exilii sui, & laborum participem, eumque Carrensisibus dedit, ut ibi veram Religionem reduceret. Ulteriore loco S. Eusebius Samosatenus Episcopum constituit Dolicæ, exigua Syriæ urbe, Arianorum lue laboranti. Illic ergo Episcopum esse voluit Marim, virum meritis, & virtutibus ornatissimum. Sed ecce! dum ipse Eusebius urbem ingreditur, mulier Ariana e tecto domus suæ laterem in subeuntis caput coniecit, quo ex vulnere haud multo post extinctus est. Prius autem quam moreretur, a præsentibus postulavit, ut sibi juramento promitteret



mitterent, neminem eorum hanc fami-  
 nam, ut cœdis pœnas daret, in judicio  
 persecuturum. Hic finis fuit S. Eusebii  
 Samosatani, quem Ecclesia 21. Junii Mar-  
 tyribus accenset, ejusque memoriam agit.  
 Successorem habuit Antiochum, nepotem  
 suum, qui eum in Thracia exulem comi-  
 tatus, & ipse in Armeniam relegatus fue-  
 rat. Concilio Provinciali de more con-  
 gregato, ut Episcopus Samosatenus ordi-  
 naretur, Jovianus Episcopus Pergensis,  
 qui aliquamdiu cum Arianis communica-  
 verat, inter cœteros adfuit. Collectis  
 omnium suffragiis ad Electionem Antio-  
 chi, ad Altare ducitur, ut ibi flexis ge-  
 nibus manuum impositionem reciperet,  
 sed versa facie videns Jovianum cum aliis  
 sibi appropinquantem, manu ejus depul-  
 sa, discedere jussit, quod manum sibi im-  
 poni nollet ab eo, qui Mysteria a Blas-  
 phemis celebrata, id est, Eucharistiam  
 Arianorum, accepisset.

Sæculum IV.  
 A. C. 379.

Martyr.  
 Rom.

Theod. IV.  
 hist. c. 15.

§. XLVII.

S. Basilii, & S. Ephrem obitus.

Sanctus Basilius initio anni 379. deceffe-  
 rat, Gratiano solo in Oriente impe-  
 rante. Antequam obiret, aliquibus ex  
 Discipulis suis manus imposuit, ut Episco-  
 pos Catholicos in Ecclesiis sibi subjectis

Hier. de  
 Script.  
 Greg. Naz.  
 or. 20. p.  
 370.

N n 3 ordi-